

Inowrocław, 9 listopada 1410

Król Władysław [Jagiello] zwraca się do zaciężnych i gości Zakonu stacjonujących w Tucholi, wyrażając zdziwienie, że przybyli oni z pomocą Krzyżakom. Podkreśla, że to Zakon złamał pokój, najeżdżając i niszcząc ziemię nakielską [Krajnę] i dobrzyńską. Krzyżacy uniemożliwiają przejazd kurierów ze skargami królewskimi, przez co rycerstwo [europejskie] nie może poznać prawdy. Król sądzi, że gdyby rycerze ją poznali, to nawet złoto i srebro nie przekonałoby ich do pomagania Zakonowi. Postuluje przysłanie dwóch spośród rycerzy do obozu polskiego, aby zaznajomić ich z racjami strony polskiej, ewentualnie oferuje wysłanie dwóch polskich rycerzy do obozu adresatów.

Oryg.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 1396, pap., lac., wym. 220 × 290 mm, zaplamienia i przetarcia, wydarcia na górnej i dolnej krawędzi, dziewiętnastowieczna notatka archiwalna o dacie listu 1410, pod tekstem pozostałości pieczęci wystawcy w czerwonym wosku (wnioskując z wymiarów chodzi tu o pieczęć Władysława Jagielly o śr. 28 mm; zob. Gumowski *Pieczęcie*, s. 14, 15, nr 16; *Pieczęcie*, s. 14; *HlebionekKatalog*, s. 105, 106).

Wyd.: CDL, s. 119–120.

Reg.: CEV, nr 458; RHD 1/1, nr 1396.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lythwanieque | princeps supremus et heres Russie etc.

^aUniversis et singulis principibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, clientibus ceterisque in Thuchola¹ | et alias ubilibet presidentibus, qui Cruciferis de Prussia et ipsorum Ordini venerunt subsidia ministrare, salutem | et iusticie cognoscere puritatem! Illustres, magnifici, nobiles et famosi viri! Mirari ad plenum non possumus, | quod cum sitis multe probitatis et virtutis prediti decoribus et debita fulciti racione cur non cognita iusticia nostra, quam dante Domino pro nobis optinemus, adversus nos Cruciferis venistis in succursum, qui perpetua pacis federa, que nobiscum et cum Regno nostro Polonie habuerunt, appostolicis, imperatoriis, nostris et nostrorum predecessorum ac ipsorum Ordinis litteris confirmata habentes, contemptui salutis proprie immemores et honoris ipsorum prodigi. terras nostras Dobrinensem, Naklensem et alias etc. hostiliter invaserunt et eas per ignem et cremium converterunt in favillam, ubi dampnis et dispendiis ineditibilibus perpetratis quedam castra in eis, que cum magnis sumptibus et gravibus laboribus erecta sunt et constructa in ruinam proiecerunt regie nostre maiestatis in dedecus et contemptum. Nec pro hiis et aliis iniuriis, quas ab ipsis plerumque pertulimus multis per nos requisiti instanciis nobis voluerunt respondere et quocienscunque iniurias nostras huiusmodi ad vestram et aliorum principum et nobilium fidem colencium Christianam deducere voluimus noticiam, semper nunciis nostris iter precluserunt transeundi et eos captivare vel necare procurarunt, sic quod iusticia nostra aput vos et alios principes christianos incognita remansit et ignota, que si ad aures vestras pervenisset fortasse nulla a vobis subsidia recepissent nec ipsorum auri et argenti precorrupta^b ad ipsorum auxilia vos flectere potuisset, quin magis iusticie, quam eorum suggestionibus et precio fuissetis acclinati, quam utique iusticiam dante Domino habere nos censemus. Pro cuius experigencia meliori ut cognoscatis, quod |a| Cruciferi |s| predicti nullam nobis movendi gwerras contra nos occasionem habuerunt, duos nobiles exercitus vestri, quibus innocencie et iusticie nostre declarabimus puritatem, sub salwo et christianico conductu nostro ad nos dirigatis aut nos duos de nostris nobilibus, qui vobis exponent iusticiam nostram ad vos dirigemus, dummodo ipsis ad vos veniendi et a vobis recedendi plena per vos concederetur securitatis potestas et facultas. Datum in Juueniwladislauia dominico die proximo ante festum sancti Martini anno Domini millesomo quadringentesimo decimo etc. Ad premissa a vobis postulamus responsivam.

[Ad^c] relacionem Donyn [... pro^d] thonotarii².

^a Inicjał wysokości 5 wersów.

^b Odczyt niepewny z powodu ubytku.

^c Ubytek w tekście, uzupełniony.

^d Ubytek w tekście, uzupełniony.

¹ Tuchola (niem. Tuchel), miasto, gmina loco, powiat tucholski, woj. kujawsko-pomorskie, w państwie krzyżackim siedziba komturii.

² Donin ze Skrzyńska i Wistki h. Łabędź, pisarz królewski od 1404, sekretarz królewski 1410–1412, podkanclerzy Królestwa Polskiego 1412–1418, prałat i kanonik licznych kapituł (PSB 5, s. 471, 472; UC, s. 51, 106, 203; SułkowskaDokumenty, s. 209, 210; KrzyżaniakowaKancelaria, s. 63–68; M. Czyżak, Kapituła katedralna w Gnieźnie w świetle metryki z lat 1408–1448, Poznań 2003, s. 323–324).